

diventium: alibi tamen se explicat, quando pronuntiat regnum coelorum consistere in iusticia sanctitate, Dei visione, pace conscientie, &c. Si caelum dicitur thronus Dei, & terra scabellum pedum eius per anthropopatheiam.

10. Pro ipso Deo: Dan. 4, 26. 1. Maccab 3, 18. Matth 21, 25. Luc. 15, 21. Iob. 3, 27. Sic Virgilius: Si qua est caelo pietas, &c. Nec obstant scripturam (dum se ad nostram captum accommodat) distinguere inter Deum & caelum eius tamquam sedem; cum etiam dicat Deum inhabitare lucem inaccessam; item electos esse in manu Dei. At lux inaccessibilis, majestas divina, & manus Dei, sunt ipse Deus. In hac significatione loquitur autor libri de cognitione vere vitae cap. 44. Nullus Locus spirituale corpus fulcit, sed ut spiritus in summo spiritu Deo subsistit: nempe cum respectu beatae eius visionis, illo aliter, & ut in summo bono. Sic Augustinus: Deus proprie in seipso est, seu sua essentia immensa, immobili, supra omnem naturam & rationem nostram: in se ipso autem, quia non continetur ab ijs quibus praesens est.

11. Pro divina gloria, maiestate infinita, item manifestatione gloriae & maiestatis divinae: & dicitur caelum Dei, alijs maiestatis

statis